

Eloquentiae encomium

Auteur(s) : Melanchthon, Philippus

Présentation

Titre longNecessarias esse ad omne studiorum genus artes dicendi, Philip.

Melanchthonis declamatio

Lieu de publicationCologne

Imprimeur(s)-Libraire(s)Cervicornus, Eucharius

Date1523

Les folios

En passant la souris sur une vignette, le titre de l'image apparaît.

48 Fichier(s)

Les mots clés

[Éloge](#), [Rhétorique](#)

Les relations du document

Collection Recueils de déclamations humanistes

[Liber Selectarum Declamationum Philippi Melanthonis](#) a pour partie ce document

Citer cette page

Melanchthon, Philippus, Eloquentiae encomium, 1523

Blandine Perona (laboratoire Larsh / IUf) ; EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle)

Consulté le 31/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Antibarbari/items/show/51>

Copier

Précisions sur l'exemplaire

LangueLatin

SourceBibliothèque de l'Université et de l'État fédéré de Saxe-Anhalt, Ib 3646 a (3)

Formatin-8

Localisation du documentHalle (Saale), Bibliothèque de l'Université et de l'État fédéré de Saxe-Anhalt

Informations complémentaires

USTC[676911](#)

ContributeurPerona, Blandine (édition scientifique)

ÉditeurBlandine Perona (laboratoire Larsh / IUF) ; EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle)

Droits

- Fiche : Blandine Perona (laboratoire Larsh / IUF) ; EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Texte : Domaine public

Source de la numérisation[Share_Digit](#)

Éléments d'analyse

Analyse

- Cette déclamation est suivie du dialogue satirique de Lucien de Samosate écrit contre un ignorant abondamment pourvu en livres.
- Sur cette déclamation très importante dans l'œuvre de Melanchthon, voir :
 - Kees Meerhoff, « [L'éloge de l'éloquence \(1523\) par Philippe Melanchthon : une leçon par l'exemple](#) », *Exercices de rhétorique* [En ligne], 22 | 2024, mis en ligne le 22 avril 2024, consulté le 16 décembre 2025. URL: <http://journals.openedition.org/rhetorique/1643>; DOI: <https://doi.org/10.4000/rhetorique.1643>

Mots-clés

- Éloge
- Rhétorique

Notice créée par [Blandine Perona](#) Notice créée le 13/11/2023 Dernière modification le 16/12/2025



NECES

SARIAS ESSE AD
omne studiorum genus ar-
tes dicendi, Philip. Melan-
chthonis declamatio.

Item Luciani sermo, in in-
doctum, multa librorum ta-
men supellectile tumentē.



Simoni Gryneo suo, Philippus Melancthon S.

VSu comperimus, eam esse optimarū rerum conditionem, ut uulgo serē fastidiamur. Nam cum literis nihil neq; melius, neq; pulchrius habeant humana, tamen uix paucos, diuino haud dubie beneficio nuper restitutos, admiratione sui cepere. Etenim q. Pindarus optimam rerum aquam, & pulcherrimam possessionem aurum esse cecinit, nē ille nisi multitudinis auribus inscriuisset, rebus omnibus literas antetulisset. Neq; enim quicquam ē cuius uel usus latius pateat, uel dignitas harum amplitudinem superet. At ea est uis amentia, ut non aliud perinde contemnat, atq; elegantiores literaturam: eamq; cum uiderem hoc potiss. tempore nostris sordere, breui declamatione laudauī. Instituerā equidē pro eo ac res merebatur ἐπίδωξιν copiosiores. Sed cum immorari non liceret, malui quam licinq; oratiōe reuocare in uiam studiosos, quam causam literarum, ut græce dicam, διαγνώσκειν, plāneq; accidit, ut cum amphora, iuxta poetā, institui cepisset, corrente rota urceus exierit. Verum quicquid hoc est operis, tibi mi Simon propter incredibilem amorem tuon erga meliores disciplinas, dedicare usum ē, ut uel tuo exemplo nonnullos ad literarum studium inuitem. Vale, Vitemberge.

1947 4. 10 567

1797

DE STVDIO

ARTIVM DICENDI
PHILIPPI MEL.
DECLAMATIO.



Ut admodum Hesiodo do-
let, nescire mortales, quan-
tum & malus & albus cum
asimili
afferre commodi rebus hu-
manis queant, tamen si uiles
herbæ, ita nos quoque non
nunc primū querimus igno-
rare adulescentes, quantum
momenti habeant ad solidam eruditionem parandam
dicendi artes, quæ in speciem nihil proficiuntur eiusmo-
di cui uulgus applaudit, ceterum utilitate facile res
humanas omnes uicerint. Neque enim usquam quicquā
est in tota rerum uniuersitate, unde ad mortales am-
pliora commoda, quam ex hoc artium genere redeāt.
Sed cum earum pretium iuuentus ignoret, sit ut pleris-
que sordent, minimeque dignæ iudicentur, quibus discen-
dis operam nauent. Præclarū est philosophum dici, ma-
gnificū iurisconsultum audire, theologico nomine ni-
hil hoc tempore ad uulgus plausibilius est dicendi arti-
um, tanquam Megarensium, nulla ratio habetur.

A ij Propter-

ELOQVENTIAE

Labo

Propterea uisum est hoc loco ostendere, quæ res maxi-
me nobis earum studium commendare debeant. Atq;
hic mihi uel Periclea mihi optarim, dum stultam iu-
uentutem in uiam reuocare contendo, quæ elegantio-
rem literaturam partim errore contemnit, quod ad
reliquas disciplinas comparandas inutilem esse censet,
partim inertia fugit. Est enim & literarum, perinde
atq; aliarum bonarum rerum ea natura, ut sine sum-
mo labore, nemini contingant. Notum enim illud est:
Difficilia esse, quæ pulchra sunt. Quamquam qui ratio-
nem subduxerit, quantulo negotio, quantum lucri faci-
at, qui commodorum magnitudinem ob oculos posue-
rit, hunc nulle res quantumuis duræ, ab harum arti-
um studio deterruerint: quas nisi cognorís, ne dici qui-
dem potest, quàm infelicitè reliquas disciplinas tra-
ditiones adduxerint, cur elegantiorē literaturā rebus
humanis planè necessariam esse iudicem. Primum, ne
tū à diffini-
tione. mo tam uicors est, qui non uideat nobis certa quadam
loquendi ratione opus esse, qua dilucide explicemus ani-
morum nostrorum sensa, quacumq; de re uel publice
uel priuatim agendum est. Fortasse ridiculum fuerit
hic disputare, quàm necessarius homini sermo sit. Nam
qui literas contemnunt, neutiquam uideri uolunt ho-
mini sermonem adimere, sed orationis cultum aspernā-
tur. Proinde quantum referat, certam loquendi ratio-
nem

E N C O M I V M

nem teneri, paucis indicabimus. Nam qui recte rem
 aestimare uolet, is intelliget non ita multum interesse,
 mutus sis plane, an artem ad dicendum non adhibeas.
 Neq; enim fieri potest, ut quæ sentis, sic exponas ut in-
 telligi queant, nisi arte loquendi facultatem & pares
 & confirmes. Vsu enim compererunt prudentes uiri,
 nihil esse difficilius, quàm dilucide ac perspicue de re qua
 piam dicere. Primum enim nisi uim pondusq; uerbo-
 rum dicendo tuare, orationē tuam qui assequetur au-
 ditor? Nam cum usu uelut nūmi, uocabula proben-
 tur, receptis utendum est, quæ quia eloquentes homi-
 nes quasi per manus posteris tradidere, obscuritate ua-
 cant. Superiore seculo, cum sua sibi quisq; uerba cude-
 ret, & peregrina latinis miscerentur, eiusmodi conflat-
 a est oratio, quæ ne ab illius quidem ætatis hominibus
 intelligi potuit: tantum abest, ut posteritas assequa-
 tur. Quis enim Scotum, aut huius farinae alium scri-
 ptorem hoc tempore intelligat? Deinde uix exercita-
 tissimi præstiterint, necubi structuram orationis ac
 phrasin uiolent, quæ si uitiata fuerit, necesse est oratio-
 nem obscuriorem reddi. At hic quàm multa efferūt in
 propriæ etiā eruditi? Quoties absurdis ac ineptis me-
 taphoris sermonem obscurant? Quis enim Apuleium
 & huius simias ferat? Sed recte Apuleius, qui cū as-
 inum repræsentaret, rudere quàm loqui maluit. Postre-
 mo, ut uerba phrasinq; satis noris, difficillimum tamē

A iij est.

ELOQVENTIAE

est suo quaeque loco distribuere, alia deprimere, alia attollere, quaedam breuiter astringere, alias euagari liberrius, quaedam dissimulare ac tegere, alia promere, ut tanquam inter umbras lumina extent ac emineant. Est enim eloquentia omnino amplius quiddam, quam tumultuaria uerborum congeries. Verum uideo errore tibi iuuentutem, quaecum nesciat eloquentiae cum uim tum naturam, non arbitratur pretium aliquod operae fore, cur eam sibi maiore studio contentioneque pareret, et laudari à nobis professorculis putat uulgari more, quæ admodum sua unguenta solent pharmacopole: nec optimorum prudentissimorumque hominum auctoritate commoneatur, qui ad illius studium una uoce adulescentes et

Excursus.

communi classico inuitant. Miseram hominum conditionem, quando ut quæque res optima est, ita longiss. à conspectu nostro recessit, minimeque agnoscitur. Nec dubitarim ego quin si oculis cerni posset eloquentiae dignitas, mirabiles, ut ille ait, amores sui excitaret. Sed cum casu iuuentus, non ratione uiuat, temerario quodam impetu ad ea delabatur, quæ uulgo maxime celebrantur. Quare si quis est non imprudens rerum estimator, is apud se expendat, primum nihil esse cuius usus latius pateat, quam sermonis commoda. Omnis hominum societas, ratio uite instituenda publice ac priuatim, conquirendorumque omnium quibus uitam tuemur, denique commercia omnia sermone continentur.

Deinde

E N C O M I V M

Deinde persuadeat sibi neminē apposite ac dilucide de
 ulla re dicturū esse, nisi qui arte quadam, imitationeq;
 optimorum & magna cura, orationem ea lingua qua
 publice utimur formarit. Quod ubi animadverterit,
 haud dubie nihil prius, nihil antiquius habebit discen-
 dis loquēdi artibus. Siue enim consilio alij imitandi sunt,
 siue docendi, siue tuendum est dogma aliquod, siue de
 iure, equo ac bono differendum est, nihilo plus efficias
 quā in scenis mutæ personæ solent, nisi arte elabo-
 ratam orationem attuleris, quæ res obscuras tan-
 quam in lumine collocet. Non ignoro esse, qui elegantiam
 à recte loquendi ratione separant, nec refer-
 re putant, modo rem indicent qualicumque oratio-
 ne utantur. Qui si rem propius inspexissent, neuti-
 quam ascititium & superuacancum ab eloquentiæ
 professoribus suum requiri iudicaret. ipsa orati-
 onis puritas, nativæq; facies elegantia est, quā nisi
 tuere, non modo non uenuste aut inquamate, sed im-
 proprie, obscure, ac inepte dixeris. Et quemadmo-
 dum in fingendis corporibus ea demum elegantia est,
 ubi iusta proportionē membra omnia inter se consen-
 tiunt: siquid secus facias, monstrosū erit. Ita cum
 germanam orationis speciem noua compositione
 deformaueris, monstrosam planè ac ineptam facies.
 Picus in epistola qua barbaris philosophiæ scriptori-
 bus patrocinatur, ludēs, credo i & d'ōgēs argumēto, et
 A ius elegans

Occupatio

ELOQVENTIAE

elegantiam à recte dicendi ratione separat, & explicari res qualicunq; oratione posse censet. Huic equidem nihil succēso, qui barbariem non magis ex animi sententia tucitur, quàm febrim Fauorinus laudabat. Hoc miror, esse quibus tam frivole argutiae serio persuaserrint, nihil referre quomodo loquamur. An uero recte corpus imitabitur pictor, si nulla ratione penicillum regat, si temere seratur manus, nec ducantur arte lineae? Ad eum modum nec animi tui sententiam alijs ob oculos posueris, ni proprijs & illustribus uerbis apta uocum compositione, iusto sententiarum ordine utare.

Secundus Nam perinde atq; corpora coloribus, animi sententiā oratione representamus. Quare necesse est dicēdo certam aliquam imaginem arte concipi, quae discernat inter se tanquam uultus sententiarum. Flagitium est, si quis uiae ignaro, deuiam semitam monstret. At qui recte dicendi cura uacant, quoties lectorem à uia abducunt? quoties unius uerbi abusu ludificantur? Non semel iposuerē in philosophia, in sacris literis solocessimi nostris interpretibus. Quis enim oīm Pauli sententiā in Corinthijs assecutus est: ubi Grilli isti elegantiae contēptores, uerterūt: Ex multis facierum personis &c. Quae Augustinum tempestas aufert, quo minus propositum teneat in enarrando eo quod est apud Iohānem τῆς ἀρχῆς ὁ υἱ τοῦ λαοῦ Ἰησοῦς? Hoc genus extant innumera passim, ubi mediocriter etiam cruditor barbarismi

E N C O M I V M

barissimi se fellerunt. Adeo non quouis orationis genere lectori satisfeceris, sed cura studioq; paranda facultas est, qua animi tui sententiam perspicue aliorum oculis subijcere possis, omniaq; commode quæ res poscit, eloqui, id est enim eleganter dicere. Quinigitur elleborum propinamus ijs, qui uenustatē orationis fastidiūt, adeo à communi hominum sensu alienis, ut ne quidem quid loqui sit intelligant. Peperit elegantiam necessitas, quod & barbara omnia incerta sunt: & quæ oratoris ornamentis illustrata sunt, clarius percipiuntur. Nam in hunc usum adhiberi schemata Fabius scripsit, neq; unquam ueram speciem ab utilitate recte diuidi sentit. In sacris libris, ut interim profanos omit- tam, quid quæso desideras rhetoricorum schematum? At his opinor non usuri erāt prophete, si nihil ad rem facere iudicassent. Videtis qua ratione uobis eloquentiæ studia commendem, quod nec exponere quæ uolumus ipsi nec quæ à maioribus recte scripta extant, intelligere possimus, nisi certam dicendi normam perdi- dicerimus. Equidem non uideo quomodo alijs hominū uice futuri sint, qui nec quæ sentiunt, explicare, nec quod recte dicitur assequi queunt. Quare ut nulla sit eloquentiæ dignitas, nulla gratia, tamen ea uis est, ut non igni, non aere, ut aiunt, non aqua pluribus in locis utamur. Quomodo enim consistant res humanae, si legum sacrarum & profanarum patrocinium eloquen-

A V tia

ELOQVENTIAE

tia deferat, si nec publicis, nec privatis consilijs oratio, quae intelligi possit, adhibeatur: si res gestae nullis literis ad posterum transmitti queant. Ecquod uestigium humanitatis in tali re publica reliquum fuerit? Porro ab hac quantulum distabat aetas superior? cum sacrorum librorum sermonem prope nemo iam intelligeret, quotidieq; stultorum sophistarum arbitrio figerentur ac refrigerentur sacrae leges: Res gestae illorum temporum aeternis obruta tenebris iacent, nemo enim erat qui eis literarum lumen adhibere posset. Discipline omnes dicendi genere sic obscuratae sunt, ut ne doctores quidem ipsi, quid proficerentur satis comperire haberent. Digladiabantur inter se de figuris sermonis philosophi, tanquam in tenebris Andabatae, nec quisquam a domesticis suis plane intelligebatur. Recte ille ἀνὰ χάραγμα παρ' ἀδυναμίαν σολοικίστην: ἀδυναμίαν, πρὸς ἀσκήσαντες. At isti domi suae ἰσοδοικίζον, suamq; singuli dialecton mira libertate comminiscuntur. Iures eis voluptati fuisse, non aliter atq; Heraclito illi caeteris mortalibus tenebras offundere: iam cum minime obscurum sit, quanti nobis eloquentiae cōtempnus constiterit, cur barbariem non abominamur tanquam nocentissimam pestem? cur nō magno consensu scholis exhibeamus? cur ipsi nobis tantisper invidemus eloquentiam, qua nihil melius, nihil amplius in terris hic sol uidit? Hactenus docuimus, quae cogat necessitas certam

ENCOMIUM

certam dicendi rationem si fieri ac tueri, quae si quem
parum mouet, ei uero multo iustius a fini auriculas dis
addiderint, q̄ Mide. Accedit huc non contemnendus **Argumen**
studiorum eloquentiae fructus, q̄ earum artium usu, qui **tua fructu**
bus eloquentia continetur, excitantur, erudiunturq̄;
ingenua, ut res humanas omnes prudentius dispiciant,
neq̄; propius umbra corpus affectatur, quam eloquen
tiam comitatur prudentia. De rebus humanis adhuc
loquor, de sacris postea. Videbant inter se maiores no
stri haec duo, bene dicendi scientiam, & animi iudiciū,
natura coherere: quare & non inepti quidam oratio
nem esse dixerunt, explicatam animi rationem. Et Ho
merus poeta iisdem eloquentiam ac prudentiam tribu
it. Mitto iam alios. Vlyssi cuius orōnem hybernis niui
bus cōparat, utrunq̄; uno uersiculo ascribit, cū inquit:
οἷ δ' ἐνὶ ψῆλ' ἀογφῆ ἐπὶ κρ, ἐνὶ δ' φρεσὶς ἐοδ' ἄλκι.
Nec tempero mihi quominus recenseam & latine ab
erudito quodam expressum: *Mente uales, iuncta est
facundis gratia dictis. O diuinam sententiā, multoq̄;
dignorem quae iuuenilibus pectoribus sollicite insera
tur, quam delphica aliquot scit. Quid enim spectabat
aliud optimus senex, q̄ sic inter se copulatas esse pruden
tiā ac eloquentiā, ut diuelli nulli rōne possint. Atq̄; uti
nā sibi oēs adulescētes hunc uersiculū ppositū putent,
quorsum tanq̄ ad scopū oīa studia sua rōnesq̄ dirigāt,
sciantq̄; sibi oēm operā, curam, industriā, cogitatio
nem,*

0.50

ELOQVENTIAB

*In re huma-
nitatis.*

nem, mentem deniq; omnem in his artibus parandis fi-
gendam esse: quarum Homerus haud dubie ob eā cau-
sam mentionem fecit, quod uideri omnium rerum hu-
manarum, ut sunt, & pulcherrimas & maxime uti-
les uoluit. Quid in consilio fuisse censeis ueteribus lati-
nis, cur dicendi artes humanitatem appellarint? Iudi-
cabant illi nimirum harum disciplinarum studio nō lin-
guam tantum expoliri, sed & feritatem, barbariemq;
ingeniorum corrigi. Nam cultu perinde ac pleriq; syl-
uestrem indolem exuunt, mansuescunt ingenia, cicu-
ranturq;. Duæ sunt autem causæ, cur recte dicendi stu-
dio animi iudicium acutur. Prior est, q. qui ijs artibus
operam dant, ad eiusmodi scriptorum exempla se com-
parent necesse est, qui in maximis rebus gerendis ac
tractandis uersati, summam prudentiam usu consecu-
ti sunt: quorum commercio fit, ut nonnihil iudicij con-
trahant lectores, & tanquam qui in sole ambulant, co-
lorentur. Solet enim iuuenilibus ingenijs exemplar ali-
quod recte dicendi sentiendiq; proponi, unde & uerbo-
rum nim, & orationis structuram, & explicandi figu-
ras discant. Nam & dicendi rationem, perinde ac cæ-
teras artes imitatio adiungat. Neq; enim uerisimile est,
pingendi arti tantum ab Apelle uenustatis gratiaq;
adijci potuisse, nisi fingendorum lineamentorum ratio-
nem multo ante ostēdisset ijs, q. primū *μοῦνον ὡς ἔμελλεν*,
deinde & *κατὰ γὰρ* puxerunt. Sic & ex opti-
mis

ENCOMIUM

mis scriptoribus concipienda est certa quædam & di-
cendi & iudicandi ratio *videtur*, quam sequa-
ris, quacumq; de re differendum fuerit. Proinde qui di-
sertos scriptores in manibus habent, secum expen-
dant, quid in quouis potissimum mirari, laudare, imi-
tariq; deceat. Primi omnium sunt, ad quos cognoscen-
dos inuitatur iuuentus, poetæ ac historici, quos qui no-
luptatis tantum causa, perinde atque in conuiuijs ci-
tharistras, accersunt, nã illi summorum hominum
æstimationem grauius ledunt. Nam & prodesse il-
li uoluere, & bonas mentes optima potissimum dele-
ctant. Est itaq; ab illis & dicendi forma petenda, & ob-
seruandum quid de communibus rebus ferè iudicau-
erint. Sæpe ridere soleo Græcorum grammaticorū uul-
gus, qui ad physiologian totum Homeri carmen refe-
runt: mireq; sibi placent, cum noua metamorphosi bel ro-
li nugatores ex ioue æthera, ex iunone ærem faciunt,
quæ ne per febrim quidem unquam somniaturus erat
Homerus. Quanto satius fuerat ea ostendi, quæ ille le-
ctoribus proprie admirationi esse uoluit: proprietatē
ac lucem in explicando, carminis ornatu, cum
uaria consilia, uarios casus miro ordine recenset, cum
aptas occasiones nouis euentibus accommodat, quan-
ta decori seruandi cura, quanta sit item uerborum ac fi-
garum copia uarietasq; ijs locis, in quibus detineri
lectorem uolebat. Vides quàm minime frigida sit aut
ieiuna

*poeta & h.
historici.*

ELOQVENTIAE

*Homeri exi-
mia comen-
datio.*

ieiuna seditionis descriptio, in secundo Iliados. Nam et
motus eius occasionem, & ipsum vulgi furorē & se-
ditiosos quorum tam conciones, qui multitudinē frigidā
(quod aiunt) suffundebant, & Thersea mores, mo-
rumq; argumentum formam, duas itē gravissimas
eorum orationes qui multitudinis animos sedabant,
in quibus uehementior est Vlyssa, lenior Nestores, bo-
ne deus, quā perspicue, quā grauitē tractat: nec
recte dicēdi archetypum facile usquam reperias hoc lo-
co absolutiorem: cuius elegātiā uirtutesq; omnes is
demum propius cernet, qui imitari & exprimere sti-
lo conabitur. Caue enim putes Homerum temere à M.
Cicerone planē oratorem uocari, aut inconsulte scri-
psisse Fabium, excellere hunc poetam oratoris omni-
bus uirtutibus. Iam quæ scena res humanas uerius re-
praesentauit, quā Homeri carmen: ut fieri nequeat,
quin obiter & rerum admiratione tangamur, cum di-
ctionem consideramus. Offerunt sese ultro spectanda
morum exempla, principū uulgūq; affectus, uaria re-
rum gestarum consilia, quibus nisi eruditi animos Ar-
cestilaus sensisset, nunquam amasium suum Homerū uo-
casset. Mihi quidem omnium quæ hominū ingenia pe-
perere, nullum prudentius Homericō scriptum extare
uidetur. Nec dubitarim affirmare, quod Horatius cen-
suit, Homerū quid rectum, quid utile sit, melius Chry-
sippo & Crantore docere. Quæso qui potuit regū te-
meritas

ENCOMIUM

merita festiuius notari, quàm cum fingit somnio com-
 motum Agamemnonem, uniuersum exercitum Græ-
 cum in discrimen adducere. Constat enim quàm obfri-
 uolas causas non unquam omnia misceant principes.
 Quid in Achillis elypeo nonne rerum elemēta & cla- Siderū no-
 rissima sidera, præterea horum positus etiā ac mea- menclatu-
 tus graphice descripsit, unde postea & philosophi diue- ra apud
 tiendī cœli rationem accipere. Nam & eodē loco cir- Homerū
 cumagi Arcton, inquit, nec unquam occidere, & ē re-
 gione illi oppositum esse Orionem, quæ sententia bonam
 astronomiæ partem complexus est. Quid quod ibidem
 & pacis commoda & belli ærumnas inter se confert,
 cum duas urbes, alteram pace florentem, alteram bel-
 lo uastatā depingit? quo magis inuisum, opinor, bellū
 rem perniciosissimam, optimo cuiq; faceret. In pacatā
 urbe nuptijs locus est, exercentur iudicia, agūtur cau-
 se, admirationi sunt oratores. In altera iugulantur li-
 beri, silent leges, mutum est forum, postremo miseran-
 da est omnium ciuiliū rerum uastitas. Quid cedit po-
 tuit hoc commento excogitari prudentius? Neq; enim
 plures Homeri locos hic attingere uisum est. Tantum
 hos indicaui, ut studiosis adulescentibus fidem facerē,
 bonorum scriptorū cognitione non os tantū ac linguā,
 sed pectus etiā formari. id opinor in consilio quen-
 dam Græcis fuit, cur Homerum familiarissime
 notum esse suis hominibus uoluerint. Solon enim
 & Pisi-

ELOQVENTIAE

Amulius h. meri.
De histo-
ria
 Et Pisistratus lege constituerunt, ut illius carmen ordine digereretur. Nam aureo illo saeculo adhuc suarum partium principes essentiebant, prestare, ne quod utile scriptum intercideret. Nunc regium nihil est nisi idem sit ὁμοῖον. Mox institutum est, ut à Rhapsodis seu Homeristis, publice in theatris decantaretur Homericum poema, ut diuino carmine iuuentum aures assiduo personarent, essetque semper in promptu recte dicendi iudicandi; regula. Felicissime cum Homero certauit ex latinis Vergilius: planque par, nisi fallor, utriusque laus, siue dictionem spectes, siue sententiarum grauitatem, debetur. Quid Tragici, quam multis exemplis tyrannorum mores et fata proposuere? Quid comœdiani si priuatae uitae speculum? In uniuersum quid prestare studiosis poetica possit, indicauit Fabius. Ego figurarum copiam praecipue nostrae orationi suppeditare uideo, uarietateque rerum animos tum erudire, tum delectare.

Historia iudicium formari, dicendi; facultatem augeri Demosthenes censuit, cum Thucydidem adeo familiarem sibi fecit, ut ostes etiam descripserit. Amavit et Xenophontem Cicero. Et cum uniuersa historia πολιτιστὶς quaedam sit, uarias constituendarum rerum publicarum formas adumbrat. Nam ut hic nihil aliud dicam, quid admirabilius est ἢ πολιτιστὶς collatione apud Herodotum ubi Persarum satrapae alij δυναστέων, alij ὀλιγαρχέων, alij μοναρχέων probant. Quolo

ENCOMIUM

eo uides grauisimum scriptorem morbos omnes, uitiāq; ciuitatum uelut in tabula depinxisse. Verum nemo tam imprudens est, qui non hoc consilio animaduertit conscribere esse historias, ut omnium humanorū officiorū exempla tanquam in illustri posita loco cernerentur. Quae si nihil ad erudiendos excitandosq; mortalium animos conducunt, quid fuit, cur Scipio senserit se clarorum uirorum imagines intuentem, ad uirtutē accendit? Oratores cum respublicas administrarint et in iudicijs uersati, de iure, equo ac bono tam multa discuerint, consentaneum est pleraq; utiliter monere. Quis enim philosophiae moralis locus est quem non attigerunt Demosthenes ac Cicero, optimā πολιτικῶν, nemo philosophorum sic διδασκαλίας, ac illi in actiōibus suis, cū in improbos ac seditiosos ciues, tanquā ferrum, stilum stringunt, cum aduersus hostilem uim respublicas consilio muniant. Quid de pace populari ueriusq; excogitari potuit, quā quod in ea oratione qua legem Agrariam dissuadet, Cicero dixit. Quid ciuilius ea legum praedicatione, quam ex Demosthenica oratione κατὰ ἀγρονομίας iurisconsulti in suos commentarios transfudere. Sed quorsum attinet hic prolixius scriptorum ἐγκώμιον texere? Quin ipsi periculum facite, quid ex classicis quisq; praestet, quanta perspicuitate gratiaq; omnia explicet, quā prudēter omnia colligit quae ad institutum pertinent. Nisi

B enim

QUOTES.

ELOQVENTIAE

Exercitiū stili

enim ad horum imitationem te componas, prorsus desperanda est recte dicendi iudicandiq; facultas. Superest, ut indicemus & alteram causam, cur eloquentiae studijs iudicium acui statuerimus. Id uero fit, quod bene dicendi cura per sese uegetiorem animum reddit, ut quid in quasq; re maxime conueniat, aut prosit, rectius perspiciat. Nam ut corporum robur exercitio confirmari uidemus, ita fieri nequit quin hebescant eorū animi, qui nullo ingenioso labore excitantur. Nemini dubium est quin multum conducat bonorum scriptorum lectio. Verum nisi ad illam scribendi dicendiq; consuetudo acceperit, neq; perspicere satis acute poteris illorum sententias ac uirtutes, neq; animo certam iudicandi commentandiq; regulam concipere. Propterea ad comparandam tum loquendi tum iudicandi facultatē, nihil perinde necessarium est atq; stili exercitiū. Quid enim aliud uolebat Afranius cum fingeret usu patre sapientiam prognatam esse, quam assiduo dicendi commentandiq; studio animum experge fieri ac erudiri. Reliquit in eam sententiam, dignam memoriā posteritatis uocē Anaxago. τὸν καὶ αἰσθητικὸν ἀνθρώπον ὡς ἔστιν ἐν τῇ φύσει, quod uidebat artes omnes usu comparari, otioq; ingenia frē sterile scire. Nam ut mechanicas artes experundo discimus: neq; quisquam tā demens est, qui se mox Apellen fore confidat, ubi penicillum primum in manus acceperit, ita multo usu assuescenda mens est, ut sese

E N C O M I V M

se acrius in omnia intendat. Itaq; tantum stilo tribuit
M. Cicero, ut optimum & præstantissimum dicendi
effectorem ac magistrum esse scripserit, solitumq; sit
per otium, aliàs è græcis latina facere, aliàs noua cude-
re, aliàs declamare, qua industria & ingenij uim ac ui-
gorem tuebatur & locupletabat faciundiam. Sic enim
de seipso in Bruto, nequid temere comminisci uidear:
Nos autem non desistebamus, cum omni genere exerci-
tationis, tum maxime stilo, nostrū illud quod erat, au-
gere quantumcunq; erat. Demosthenes aliquandiu me-
ditandæ orationis causa se in specum quendam abdi-
dit, feruntq; pertinacissime fraudato genio lucubrare
solitum. Estq; Plutarchus autor, lucernis noctu usum
esse assiduū, donec quinquagesimum annum attigit. Di-
cunt enim usu prudentissimi homines, quā non
uulgaris artificis sit, dilucide apteq; dicere. At ex no- Obiurga
stris iuuenibus quotusquisq; uel perpetuo decennio tio.
unum aliquem uersiculum scribere instituit? plerique
compendariam uiam ad consequendam eruditionem
esse cōsent, si quā plurima audierint aut legerint. Ita
q; alij totos dies sursum ac deorsum currunt, scholas
omnes perreptant, præceptores passim audiunt, mirā-
turq; non intellectos, dictata excipiunt, uncialibus lite-
ris elenchos cōmentariorum notant, minio illustrant.
In pretio sunt interpretes, qui quā plurima dictando
tempus extrahunt, nec quisquam semisse præceptorē
B ij emerit

ELOQVENTIAE

emerit, qui ab hac consuetudine uel transuersum un-
guem discesserit. Rursum alij domo nusquam pedē pro-
ferunt, librisq; se tanquam pistrino cuiusdam addicunt,
chartas uoluunt ac reuoluunt, beatos se putāt ubi quo-
tidie magnum numerū chartarum percurrerint. An
non utriq; miseri uidentur, cum tanto labore, tantaq;
ualetudinis iactura desipere tantum discant. Primum
enim nisi stilo excitetur animus, per sese hebescit, dein-
de cum immodica se uel auscultatione, uel lectione ob-
ruiunt, ingeniorum aciem, si qua contigit, obtundunt.
Iam & iudicij inopia fit, ut ferē pessima quaeq; cupidif-
sime audiant ac legant, ne nō multa puagentur. Quos
si quis eeu domum reuocatos interroget, quid hac di-
scendi ratione sequantur, quis finis, quae meta animo p-
posita sit, intelliget non aliter ac mente captos, quid
agant nescire. Nec enim uel sententias uel sermonē scri-
ptorem obseruant, cum imitandi cura uacent. Tantum
oculis auribusq; negotiū faciunt, animus interim Epi-
menideum quendam somnum dormit: & cum nullum
certum exemplar exprimere studeant, fit ut & dicen-
di & iudicandi ratio deprauetur. Gratulatur sibi De-
mosthenes apud Athenienses dicturus, quod ipsi per sese
quae optima sint cernant. At nos stili exercitiū praeda-
mus his qui nunquam periculum rei fecerunt, nec com-
modorum quae secum haec exercitatio affert, uim am-
plitudinemq; uel per transennam uiderunt, quoma-
gis

E N C O M I V M

gis metuo, ne parum fidei habeat oratio nostra, cum
 stilo tantum tribuimus. Verum si quis est nō planē in-
 quis Musis, is apud se expendat quæ ueteribus docen-
 di, discendiq; ratio fuerit, qua discipline omnes nō tan-
 tum illustratæ, sed etiam auctæ sunt. Pauci in ludis lite-
 rarijs autores, sed hi optimi proponebantur quos imi-
 taretur iuuentus. Et quemadmodum de re rustica præ-
 ceptū est, ne maior fundus sit quā qui coli probe pos-
 sit. Ait enim Vergilius: Laudato ingentia rura, Exi-
 guum colito. Sic illi cum uiderent nec perdiscei, nec ex-
 primi posse multos feliciter, turbaq; scriptorum con-
 fundi potius, quā erudiri iuuentia ingenia, paucio-
 res admittebant quos sibi studiosi quā familiarissi-
 mos facerent. Declamabatur item assiduo, scribebant
 alij uersus, alij solutam orationem. Et quia inter se be-
 ne dicendi studio certabant, cura sollicitudoq; iudiciū
 acuebat. Quo instituto cum nullum iucundius erat spe-
 ctaculum, tum nihil priuatim aut publice utilius fie-
 ri potuit. Nam ex huiusmodi ludis prodire clarissimi
 superioribus seculis homines, Græci ac Latini, plerique
 etiam Christiani, quos si imitari studerent nostri, bone-
 deus, quanto res humanæ magis florent, & sacræ li-
 teræ feliciter tractarentur.

Porro cum ueteres tantum operæ in exercendo
 stilo posuerint, cum nec eruditio, nec eloquentia medio-
 cris citra hoc studium parari queat: Cum intelligi non

B ij possint

ELOQVENTIAE

possint quæ ab alijs prudenter scripta sunt, nisi ipsi stili
usu ingenia excitemus. Sinite quæso à uobis impetrari
ut stilo nonnumquam uestræ uitres experiamini. Rem
postulo nō perinde difficilem atq; salutarem, neq; enim
aliunde studijs uestris amplior accessio fiet. Ludes au-
tem & uersiculos & solutam orationē: uideo enim pu-
tidiuscule dicere, quotquot poetice non attigerūt, pla-
neq; humi repere, nec uerborum pondus aut ullam fi-
gurarum uim tenere. Iam cum asperas confragosasq;
compositiones multo sit facillimum in uersibus depre-
hendere, sit ut qui carmen conduunt, de solutæ orationis
numeris rectius iudicent. Et haud scio an de literis o-
mnibus actum sit, ubi poetice fastidiri cœperit. Fit enim
ut ornatus splendorq; uerborum nullo in pretio sit, mi-
nore cura scribatur, oscitantius legantur omnia, uerū
inquirendarum studium frigeat. Quare & Romanis
temporibus poetice contemptum incredibilis inscitia
rerum omnium, infantiq; secuta est. Et nuper adeo cū
nostri homines uersiculos facere cœpissent, cū literis me-
lioribus in gratiam rediere. Nec uideo ego conseruari
posse quicquid illud est elegantie, quod hoc seculo reslo-
ruit, nisi exercendo stilo carmen iuuentus meditetur.
Sensit & M. Cicero facundiam uersibus scribendis ali-
camq; ob causam & sæpe scripsisse carmen, & poeta-
rum perstudiosum fuisse constat. Vidit posteritas plera-
q; eius epigrammata, extantq; hodie loci aliquot illu-
strum

E N C O M I V M

strum poetarum ab ipso latinis uersibus luculentiss.
 expositi. Plinius orator editis etiam poematis testatur
 hoc studio dicendi uim adiuuari. Proinde qui discendo bo-
 nas horas bene collocare uolent, ueterum exemplū imi-
 tentur: stiloq; ut Quintilianus ait, fideli et faciendam
 parent, et iudicium acuant. Vehementer enim fallun-
 tur, siquid sine hac exercitatione promoturos se in lite-
 ris sperant. Mare uitem citius ferat, quam eruditionē
 aut dicendi facultatem consequatur is, qui tanq̃ man-
 dragora sopitus, nunquam incalcescit ut ingenium com-
 mentando experge faciat. Exposui quae me rationes ad
 artium dicendi studium inuitent, nempe quod et certa
 dicendi ratio obseruanda sit, et harum artium usu stu-
 diosis nonnihil iudicij accedat. Quae si quis ad se nihil p-
 tinere sentit, is haud dubie ab omni humanitate longis-
 sime abest. Contra boni ubi commodorum uim, quae
 ad nos à sermone redeunt, contemplati fuerint, anim-
 aduerterintq; et certa ratione dicendi opus esse, et
 his artibus ingenia cultiora reddi, uelis, ut aiunt, ac re-
 mis ad haec studia properabunt. Verum sunt non pa-
 rum multi praesertim hoc tempore, qui bonorum cur-
 sum morantur, hi ad theologicarum literarum tracta-
 tionem negant dicendi artium scientiam cōducere: coe-
 pitq; hic error ceu contagione quadā late uagatus, plu-
 rimos, qui ne non ualde theologicari uideantur, huma-
 niores disciplinas omnes contemunt. Ego uero serio il-
 B iij los

EL O Q V E N T I A E

los theologicari optarim, eaq; prestare quae Christiana-
nam mentem decent. Nunc uideo theologicum nomen
ignauiae tantum praetexti, ceterum nihil minus esse
quam quod proficiuntur. Nam dum piget elegantiam
discere, seq; difficillimis scriptoribus euoluendis, exer-
cendoq; stilo macerare, neque enim ullarum litera-
rum cognitio sine acris studio contingit. Si quando do-
minum bene potius rediere, conciumculam aliquam legunt:
inde ubi decerpserint quae ad stomachum faciunt, pas-
sim in conuiuijs, nam ibi potissimum sapiunt, decla-
mant: & quia vulgus applaudit, iam uero sibi tan-
tum non absolute Theologi uidentur, cum de grauissi-
mis rebus obsceni homines, impuro ore, nulla religio-
ne disputent. Et cum uetet Paulus κατὰ δὲ ὅσον λόγον
δεῖν, nemo impudentius cauponatur uerbum dei, quam
hi qui cum nec moribus, nec eruditione bonis se pro-
bare possint, vulgi fauorem, impia sacrarum literarum
tractatione emerentur. Quid multa, uideas eos asper-
nari literas nostras, quibus res bonae honestaeq; oēs,
quibus pietas, quibus mores publici, imò quibus Chri-
stus ipse fabula est. In quos si bene constitutam ha-
beremus rempublicam, non nos oratione, sed ui ma-
gistratus animaduverteret. Quam enim crucem non
merentur hi qui ut praeterea nihil peccent, exemplo
suo iuuentutem à literis auocant. Quae nisi discantur,
posteritatem sumus habituri nihilo saniores superio-
ribus

E N C O M I V M

ribus seculis, cum literarum imperitia res omnes humanas ac diuinas labefactasset. Quin igitur sic cogitamus, olim cum grauissime succenseret ecclesie deus, ereptas esse literas, secuta est & sacrarum inscitia. Nam cum nostris uerbis loqui deus uoluerit, de sermone diuino inepte iudicauerint imperiti artium dicendi. Porro quae illis temporibus caecitas mentes hominum tenebat? Christum quotusquisque norat? Imò chartae iam obsoleuerant, quibus continebantur sacra. Articulus Parrhisij condebant, quos interim mundus tanquam diuinas leges adorabat: piū nihil erat nisi q. illi somniasent. Et belli homines, cum literas nullas tenerent unde sapere discerent, fatuam illam sophisticen perpererunt, coeperuntq. rixari de commentitijs uerborum compositionibus, ne nō rhetoricarentur, quid intersit inter hae: Papam uidi, & uidi papam. Extatq. hodie articulus Parrhisien. Ego currit, male latine dici, haereticum esse quisquis dissenserit. Satin uidetur ulte contumeliam literae neglectae? Quis enim credat ce rebrum fuisse talium nugarum autoribus? Hae uero calamitas magna ex parte literarū inscitiae imputanda est, nō enim patebāt sacra tanq. interclusa uirgulis ac frōdibus, unde mētis recte erudiendae rō peteretur, negligebantur & disertī scriptores q. monerēt humana. Quāto tolerabilius fuerat pestilitate aut ammonae caritate plecti eccliam q. tanta amētia? Plancq. mihi persua-

B V deo, cer-

ELOQVENTIAE

tum esse diuinæ iræ exemplum, si quando mundo literæ eripiuntur. Nam reliquis poenis pij quoque non raro mulctantur. At literarum inscitiam publica comitatur impietas. Nuper uero cum respicere afflictos iterum cecidisset optimus pater, essetque redditurus nobis euangelium, pro sua liberalitate et literas restituit, quibus euangelij tractatio adiuuaretur. Nec magis nouum uideri debet donum linguarum apostolis collatum, quam quod hæc à tanto squalore receptæ, ex tenebris plus quam tartareis in lucem reuocatae sunt. Nec in obscuro est, bonis quibusdam uiris auxilio fuisse literarum scientiam, in theologia restituenti. Primum itaque ingratitudo fuerit, celeste donum aspernari. deinde cum beneficio literarum restituta sint sacra, impij simus si nullam harum rationem hebeamus, sine quibus stare res theologia non potest. Et ut paucis exponam, quid iudicem ad sacrarum literarum tractationem conferre linguarum scientiam, non sum in eo errore, ut humani ingenij industria sacra penetrari statuam. Sunt in sacris quæ nisi monstrante deo nemo unquam cernat: nec innotescit nobis Christus, nisi doceat spiritus sanctus. Sic enim Christus ipse inquit, a spiritu se discite. Verum præter prophetiam, uis uerborum cognoscenda est, in quibus tanquam in sacrario quodam, diuina mysteria recondita sunt. Quid enim si non intellecta uerba magico more pronunties, nonne surdo fabulam? At de sermone iudicare

E N C O M I V M

care nemo recte poterit, nisi qui recte dicendi rationē
perdidicerit. Quid enim magis proclive est, quā uer-
bo aliquo aut schemate falli. Nuper quidam ex Magi-
stris Nostris cum enarraret ea quæ de Melchizedec in
Genesi prodita sunt, Rex Salem panem ac uinum ob-
tulit, non animaduertens, Salem loci nomen esse, mul-
ta de condimenti ui ac natura differuit. Imposuit enim
bono uitro uocum affinitas. Nam oscitantius omnia le-
gunt qui ingenium dicendi artibus non exercuere. De-
ceperunt & eruditos figuræ, adeo nulla exercitatio di-
cendi ac scribendi satis cautos facit. Interrogabat me
pridem doctus quissiam homo, ecquid sibi uellet Paulus
cum inquit in epistola ad Timotheum: Saluatur mulier
per filiorum generationem, si in fide permanserint, (nā
Græci plurali numero uerbum extulere) Ego cum non
haberem quod apte responderi uideretur, commenta-
rios consulo. Ecce uobis Chrysostomum quā belle nu-
gatur cum uerbū *αἱ γυναῖκες* ad sobolem refert. Quod
quam non conueniat sententiæ Paulinæ, facile est iudica-
re. Nec uidet senex ille Synthesin esse grammaticam,
cum uniuersum sexum plurali uerbo completitur. Si-
mila horum exempla non rara suppediabit quotidia-
nus scriptorum usus. Postremo quam aliam ob causam
Sophistæ sacris libris ablegatis, nouum theologiæ genus
reperere, quā quod illorum sermonem & differendi
rationem non assequerantur? Quorum exemplum si
quem

*Saluatur muli-
er per liberos gene-
rationem.*

ELOQVENTIAE

quem à barbarie non deterret, is susuario non oratione castigandus est: nam si perrexerit iuuentus bonas litteras contemnere, haud dubie futurum est, optimis neglectis, ut rursus sacrae bonaeque res omnes pessum eant. Fallitur enim quisquis uerbis tantum, non etiam mente barbaros fuisse Theologastros istos censet. Iam si quando ecclesiasticum dogma tuendum fuerit. Quid quaeso praestabit is qui quid sentiat explicare non potest. An confusam aliquam ac Stoicam orationem asseret, in qua de uerborum interpunctione rixetur. Ab hoc, auditor cum expectarit perspicuam sacri dogmatis tractationem, perinde ac hians coruus discedet, diu frustra molestis distinctionibus fatigatus. Itaque quos pietatis tenet studiū, ij uel Christo uel publicae necessitati ecclesiae, hoc praestent officij ut recte loqui discant. Vocat huc etiam Paulus cum in Corinthijs linguarum studium probat, cuius autoritas merito apud uos ualere debet, quibus in ore tam multus est. Indicanī paucis quid ad litterarum profanarum ac sacrarum tractationem conducat recte dicendi scientia. Nunc uestrum est cum elegantiore literatura in gratiam redire, eamque cupide amplecti. Video plerosque intempestiue properare ad grauiore, ut uocant, disciplinas, quosdam ad iura discenda, ad medicinam spes questus rapit, alij ad theologiam contendunt, priusquam robur aliquod fecerint in studio artium dicendi. Qui si suo

queque

E N C O M I V M

quæq; ordine aggredierentur, bone deus, quanto rem felicius gererent. Nunc male tentato compendio ipsi sese morantur.

Fuit apud nos Morio quispiam, qui in heri culinâ ex more ligna ferebat. Is solitus est ex infima strue ea reuellere quæ moueri sine magno negotio non poterant. Interrogatusq; cur id fieret, respondit se difficillimam laboris partem primum confecturum, summa illa facilius moueri, nec uidit quantum referret, singula ordine tollere. Huius mihi persimiles uidentur, qui fastiditis his artibus ad sublimia prouolant. Nam & augetur discendi labor, & incômodius omnia tractantur, cum nondum sint perpoliti primis rudimentis. Deum immortalem, quàm infelicitè cessit maiori bus nostris hæc præcipitantia. Nullum genus artium superioribus seculis non fæde conspurcatum est ab his, qui cum elegantiores literas nō attigissent, in optimas quasq; & grauissimas disciplinas tanquam in rosas porci irruerunt. Theologia stultis & impijs quæstionibus prorsus obruta est. Qui philosophiam professi sunt, ne nomen quidem artis satis intellexerunt. De iure, æquo ac bono fieri non potuit, ut quicquid sani cōmuniscerentur hi qui elegantioris literaturæ rudēs erant, q. & ipsam disciplinæ genus ex medijs humanitatis artibus derivatū sit, & ueterum iuriscōsultorum

Clymax

PRAEFATIO

rum literae plenae sint prae, ueræq; eruditionis. Neq;
nunc ego sermonis spurciciem tantum in artium pro-
fessoribus accuso, sed imprudentiam: à quo se uitio asse-
rere non possunt, quorum ingenia dicendi artibus non
sunt exulta. Quare non cesso uos adhortari ad elegan-
tiae earumq; artium studium, sine quibus disciplinae re-
liquae non possunt non infelicis tractari, quod à uobis
par est ut uel publica necessitas impetret. Nam ubi di-
sciplinæ grauioribus uitari barbaries, periclitari solent
et hominum mores. Est enim multo uerius hoc compa-
rari mores ex doctrina, quàm quod Plato scripsit, ex
Musicorum cantibus. Dixi.



ANASTASIVS Q. BONIS
IUVENIBVS

Εὐ νεότητι.



Vod in graecis latine reddendis operâ
impendimus, qui nescio quo genio ad
literarum studia semper sumus acti,
neminem qui modo non iniqui sit ani-
mi, reprehensurum arbitror. Sed quod
nostram etiam stultitiam uulgo perdocemus, dum edi-
mus

IN LVCIANVM.

mus quem primum scetum intra nostros parietes pepe-
rimus informem & horridum, uehementer periculum
esse iudeo, ne crimini futurum sit obnoxium. Cur enim
non retinuit? Cur emisit? At qui ita cogitabunt, sicut ipsi
nos, isti responsum idem uolumus: Esse miserū opus &
nimium humile, nec unquam attolli, quod auctoris tan-
tum iudicio stet, ac non etiam censoribus multo diuer-
sis subiciatur. E quibus boni non certe improbabit fa-
ctum, cuius conatus pulcher est & laudabilis, sed nota
bunt quedam, hæc cognita proderunt. Venia dabitur,
si quid parum successit. Malos nihil moror. Ego uero nō
aliā rem existimo magis adulescentum ingenia posse
excitare, & alere eruditionem, quam stilum. Ille uero
uerendis alienis rectiss. exercetur, ubi & intra præ-
finitos terminos consistere, & non pro suo arbitrio flu-
ctuare, sed uelut in auctoris quem propositum habet ue-
stigis manentem sequi oportet, quibus dum inheret, sæ-
pe dubitat, multa querit, diligenter dispicit omnia, nō
nunquam desperat, mox recepto animo pergit facere
quod instituit, quæ omnia mirifice mentem acuiunt, &
artem iuuant, quam nimis sero nūc ferè attingimus: ut
nisi certa ratione gubernetur, & omnibus uiribus ur-
geatur, frustra sit laboratum. Porro hunc sermonem
ex omnibus Luciani scriptis delegimus, ut optimū &
eruditissimum artificio non mediocri conscriptum: in
quo tamē si unus præsertim locus, haud dubie deprā-
uatus,

L V C I A N I .

tuatus, nam & spectata antiquitatis exemplar consu-
luimus, animaduersus à nobis est, qui ab incepto possit
detertere, tamen secuti animi nostri coniecturam, ma-
luimus qualitercunq; reddere, q̃ hoc offensi penitus de-
sistere. Locum hoc signo annotatū inuenies * Nostriū
studium hac in re primum boni, boni consulite. Valete.
Vuittemberge.

L V C I A N I S A M O S A T E N -
sis aduersus indoctum librorum longa supellectile tu-
mentem, sermo.

Exordium

AT crede mihi, quod tu putas, haud ex eo conse-
quere quod agis. Persuasum enim cum habeas
futurum, ut si omni studio optimos undiq; libros coeme-

Correctio.

ris, ipse quoq; inter doctos ac eruditos ponaris. Plane
tibi diuersum accidit, atq; hoc demum argumento tua
in scitia & inertia uulgo proditur. Tamen si profecto
optimos codices minime comparas, sed ut quisq; à bi-
bliopola laudatus est fidem habes, ac prorsus qui hæc
de libris mentiuntur prædam te faciunt, istisq; codicibus

Confirmatio dicti.

cauponibus pulchre partus es thesaurus. Nam quo pa-
cto tu queas dinoscere ueteres ac eximios, aut futiles
& putidos? nisi inde conicias q; arrosi sunt ac mutili,
inq; his dijudicandis blattis tineisq; ut aris estimatori-
bus: qui enim credam liquido ac certo hæc te posse per-

Permissio.

uidere? Et ut dem tibi hanc cognitionem perspectam,
ac te

de tenere quaecumq; Callinus pulcherrime, aut ille lau-
datus Atticus omnicura absoluta descripserunt, quid
hinc tibi commodi redit hominum ineptissime? qui ne-
q; scriptorū speciem cōsideras, neq; profecto magis uti-
scis q̄ cæcis frui pueri uenustiss facie. Act uapertis
quidem oculis, et ad tedium usq; libris incumbis, et
nonnulla ualde festinata lectione percurris, ut sepe lu-
mina os anteuorant: sed hoc non etiam satis est, nisi no-
ris uirtutem quoq; totius et uitia orationis, sensumq;
scriptorum intelligas, et quæ structura sit uerborū, et
quam ad certam quandā minimeq; fallacem amissim
cuncta autor exegerit, mox cernas, ambigua, sincera
parum, ac concinna. Quid mihi respondebis, Num
hec nosse te cū nunq̄ didiceris? An uero sicut ille quon-
dam pastor aureum ramū à Musis, tu quoq; accepisti?
Sed Heliconæ certe, ubi Musas habitare aiunt, non ita
es à puero instructus, ut audieris opinor unquam no-
minari, et meminisse Musarum tibi religio esto. Nana-
cum pastore sanè, quanq̄ aspero et multo sole deforma-
to non piguit has congregi, at qualis tu es? Quæso uero
te per Libaniden, concede hoc mihi ut quædam tuorū
facinorum prætermittā, talis inquam, ne aspectum quē-
dem, sit scio, ferrent, ac potius myrto uel malua casum
sua sede eijcerent, ne Olmeum aut Caballi fontē, quibus
gregibus sanè horūq; magistris sitim sedare pmissum
erat, os polluat. Nō credo te esse tā impudētē, tā cū-
si hmoi nimis quā es fortis, ut ausis affirmare bonis
lucris te fuisse imbutum, aut studuisse unquam, ut uere
C proba

probatos codices tibi faceres familiares, uel quod hic tibi preceptor extiterit, aut ad illum discendi gratia te contuleris. Et nunc omnia illa uno hoc te consecuturus spes est, si ingentem librorum aceruum congesseris. Proinde, si hoc es animo, age conquire quicquid Demosthenes ille orator etiā sua manu scripsit. Deinde Thucydidis historiam, quæ oēties huius oratoris industria extat descripta. iam ut tot libri sunt, quot Athenis in Italiam aduexit Sylla, ut super his dormias, affixos tibi ubiq; circumferas, num ideo eruditior es futurus? Si cut enim adagio fertur, Simia est simia, etiamsi aureum cultum gestet. Et librum quidem semper in manu portas, legisq; semper aliquid, quorum tamen nihil penitus itelligis, sed asinus micās auribus lyrā auscultas.

Ab absur-
do.

Quod si librorum copia doctum redderet eum qui comparasset, pretiosa profecto res erat, & uobis tantum diuitibus propria, siquidem ueluti in foro pauperes nos superantibus daretur mercari, imò cum ipsis bibliopolis, quibus librorum tanta copia est, qui distrahant, doctrina & eruditione quis certet? quos tamen, si rem spectes, inuenies haud multo te bonis artibus prestare, nempe sermone rustico utuntur, mente nihil ualent, quales merito sunt qui in honesti & turpis contemplatione nunquam sunt uersati, & tu unum modo aut alterum codicē redis mercatus, isti diu noctuq; in manibus uolunt: quid ergo cōmodi hic expectas? aut cur non ipse cellulae quoq; libraria doctæ tibi uidetur, quæ tot ueterū autorum scripta cōplectuntur? Age uero

uero, si non est molestū paulum quiddā responde, aut Inductio
 quia infantior es q̄ ut possis, saltē annue uel abnue ea ἡγοομαι
 quæ sum rogaturus. Quæso te siq; tibia canendi artis ἄρτιον
 ignar^{us} pr̄sus, forte sit nactus Timothei tibia, aut quas Πλατωνα
 Ismenias septē talentis emit Corinthi, an ne arte infla- posito et lo
 bit, uel nullus usus huic rei erit qua scite uti nequit? Re- cuplet adæ
 cte sanē abnuisti. Nā neq; qbus Marsya & Olympus orōni accō
 cecinerūt, hoc efficiāt, ut concinnū quiddā inspiret, q̄ modatiss.
 nunq̄ didicerit. Verū siq; Herculis arcus habeat, cum
 Philoctetes non sit q̄ solus tendere potuit, & quod colli
 masset figere, q̄s tibi uidetur? Num q̄ facinus edat di-
 gnum sagittā di perito? Negas ratem gubernare igno-
 rans, & q̄ nunquam equum cōscendit, ille si pulcherri-
 mā & aduersus uentorū pcellurūq; impetus muni-
 tissimā sit nauē sortitus, hic uero Centauro satū, aut ge κοινο
 nerossissimæ notæ equum, utrūq; derisum iri opinor, φόβου
 quod neuter suis bonis uti possit? Annuis? Obsecro uero
 hoc etiā concede, siq; uelut tu es, indoctus, infinitos si-
 bi libros acquirere labore, censeri aliud hoc suo factio, q̄
 risus & iocos eruditis facturū? Quid cessas annuere?
 Nā argumentū clarum est, quicq; hoc ita fieri cernunt, Narratiū-
 uulgatū illud haud dubie inelamāt: Quid cani cum bal- culæ seu de
 neo? Fuit non ita multo ante in Asia uir opulētus, cui ῥυμνατο
 calamitoso casu, cū per niuē iter faceret, putrefactus ē et pro re
 frigore ustulis uterq; pes deperierat: ille tam misera- nata artifi
 bilem fortunam expertus, infelicitatem solari cupi- ciosiss. com
 ens, ligneos pedes truncis accommodabat, ac cal- paratiōes.
 ceis indutis, undiq; seruis innixus incedere gaudebat.

C ij Vbi

Vbi hoc insuper deridiculum comminisceretur, crepi-
das pulcherrimas & nouas semper cura erat summa
mercari, ut ita calceis speciosiss. ligua sua, nempe pe-
des, essent conspicua. Nunquid uero his assimilia facis
tu quoq; qui cum clauda mente sis ac ficulneis sensibus
emis auratos soccos, quibus uix aliquis pedes integer
recte possit ingredi. Et quoniam inter alios tuos co-
dices, Homeri poesi in sepe numero repositam est cerne-
re, accepto aliquis libro legat tibi secundū illados, quo-
rum caue aliquid perpendas, nam nihil ad te, prater-
quam qui isthic depictus est, uehementer absurdus ho-
mo, mutilo ac portentoso corpore, qui isthic conciona-
tur, Thersites est. Ille inquam huiusmodi, si adeptus sit
Achillis arma, putas ne propter ea fortem iuxta ac de-
centem futurū, qui & fluuium transiliat, & alucum
turbet trucidatorum Phrygum cruore: occidat post
Lyciona & Asteropæum, Hectorē, cum ne Meliæ qui-
dem pondus humeris sustinere queat. Negabis opinor
ac potius dices, dum post chypeū claudicaret, mox hu-
mi procumberet, impar armorum oneri, si quando sub-
lato capite ē galea prospectaret, suos istos intortos ocu-
los, deinde lorice subiecto gibbo uelut tuberes, & ocre
arum dum in terra repit tractus: hæc inquam dices ri-
sum omnibus motura, & ipsum dehonestaturum pri-
mum panopliæ opificem, deinde etiam dominū. Tu ue-
ro nunquid animaduertis prorsus idem tibi accidere,
dum librā manu tenens progredieris, cuius alutæ pur-
pureæ, bullulæ aureæ sunt: at tu barbara uoce legis, de
formans

formans & euertens scriptoris dignitatem. Hæc Amplifica
cum facere te uident, non solum crudi ridere solent, sed
tui etiam assentatores, quorum consuetudine unice ob
lectaris, auersi se intuentes à cachinno minime absti
nent. Age uero, narrabo tibi quod Pythijs gestū me
moratur. Tarentinum quendam Euangelum apud Ta
rentinos non obscuro loco natum, nec incelebrem, inua
sit cupido uincendi Pythia: ubi quæ nudi certamina in
cunt, non posse fieri ut superior euaderet, quippe q ne
q; robore nec pedum uelocitate esset præditus, facile co
gitauit. Verum cithara & carmine omnibus præmia
præcepturum esse, persuaserant pestes istæ quas apud
se fouebat, laudantes & applaudentes ad exiliss. quæ
q; cantus strepitum. Itaq; uenit Delphos ueste auro in
signi, & corona aureis lauri folijs plexa, splendens, hæc
uero etiam smaragdīs lauri fructui æqualibus uariega
ta erat. At cithara, uisu mirabile, apparatu diues,
ex purissimo auro fabricata, annulis & gemmis pas
sim ornata, suisq; locis, Musarum, Apollinis et Orphei
imagibus sculpta, spectatores suspensos animis tene
bat. Iam autem uenerat dies quo in theatrum erat
descendendū, conueniunt tres certaturi, obtigitq; fors
Euangelō, ut secundo loco caneret, procedit ille post
Thespin Thebanum, qui non male suas partes egerat,
auro, smaragdīs, beryllīs, hyacinthis totus collucens;
ipsa purpura quæ auro contexta uisebatur, commen
dabat hunc cultum mirifice: quibus cum iam stupentes
reddidisset, ac noua quadam & incredibili spe reple
C iij set

set spectatores, cum omnino iam & citharā pulsare et
accinere esset necesse, personat agreste quiddā, incrisq;
& incompositum, simul dum immodice citharā incre-
pat, rumpit tres fides, cantus autē planē ineptus erat
& solutus, ita ut ab omnibus qui aderant rideretur:
sed ludorum præfecti, offensi hominis temeritate, loris
casum ē theatro proiecērunt. Hic uero iucundissimum
erat spectaculum, aureus ille Euangelus cum per medi-
am scenam traheretur, ab his q̄ uerbera infligebant,
lachrymans, crura plagis cruentus, humi interim colli-
gens delapsos dum una uapulat cithara annulos. Exi-
guo autē temporis spatio interposito, prodit Eumelus,
quidam Eleus, peructustam citharam afferens, cuius
liguei erant clauuli, ipse uestem indutus uix unā cum
serio decem denariorum pretij. At ille & bellum ede-
bat carmen, & rite sicut ars posebat, chordas feriens
modulabatur, itaq; & uictor abibat, præconis uoce p̄-
clamatus. Ridēs interim Euangelum, qui nequicquam
cithara ac annulis istis sese ostentasset. Et aiunt sic fuisse
allocutum: Aurea lauro redimitus es Euangele, &
quid nī opibus enim uales: me uero quia pauper sum,
Delphica oportet esse contentum: ueruntamen hoc cō-
modi tuus tibi ornatus peperit, quod cum neminē tui
miseret, oderint omnes istas tam inepte superfluas de-
licias. Mirum uero nī pulchre tibi cum hoc Euangelo
conuenit, quatenus ne tu quidē spectatorum cachinnos
quicq; moraris. Arbitror autē non intempestiuum es-
se, ut Lesbiam quandam fabulam tibi narrem. Cum Or-
pheq

pheæ Thressæ mulieres dilaniassent, ferūt caput uatis
 unā cum lyra, cum primum Hebrus excepisset, in Ni-
 grum pontum eiectum, atq; ita simul natasse caput ac
 lyram, illo lugubre quiddam in Orphei necem canēte,
 hac uentis chordas percellentibus aptos materiæ faciē-
 te modos, donec ad Lesbum appellerentur, ubi incolæ
 fluctibus utrisq; creptis, caput sepulchro condiderūt,
 lyra autem suspenderunt in templo Apollinis: in quo
 cum bene longum tempus fuisset asseruata, multis an-
 nis post Neanthus Pittaci tyranni filius, cum quæ de ly-
 ra narrabantur audisset q; bestias hac demulisset Or-
 pheus, plantas et saxa mouisset, quodq; ipso iā caso
 tamen p undas lata nemine modulante resonasset, ca-
 pitur incredibili amore habendi hanc: quare ingenti pe-
 cuniarum ui corrupto sacerdote persuadet, Orphei ly-
 ram, alia supposita, sibi det: qua accepta parum tutum
 ratus interdū hac in urbe ludere: nocte, sinu occultam
 efferens, solus in suburbe pergit. Quo ubi uenit, ly-
 ram pulsare incipit, ac chordas perturbat, sperans sto-
 lidus et imperitus artium iuuenis fore, ut diuinum ali-
 quod carmen percussæ fides redderent, quo cunctos p-
 moueret, et animi affectus quo uellet traheret, ut hoc
 nomine beatus haberetur, Orphei musices hæres. Dū
 hæc agit, iuicini canes strepitu, qui eo loco erant pluri-
 mi exciti, coeunt, ac infelicem istum citharædum decer-
 punt, quod ipsum solum cum Orpheo commune habu-
 it, postquam canes adduxerat. Manifestiss igitur osten-
 sum hoc exemplo est, non lyram esse quæ homines et
 C iij feras

feras lenierit, sed artem ac eâmen quæ præ alijs excel-
lentia mater, Orpheo conculerat, lyra nihil à quibusvis
barbitis differente. Quorsum uero attinet Orpheæ
tibi aut Neanthum proponere cum nostra ætate uixe-
rit, & ni fallor, adhuc superstes est, qui Epicteti stœici
lychnum fictilem trecentis denarijs mercatus est: spe-
rans futurum scilicet, ut si noctu ad istam lucernam le-
gisset, mox Epicteti sapientiam somniaret, & similis ef-
ficeretur admirando seni. Sed nuperrime alius quî-
piam Prothei Cynici baculum, quem cum in flammam
insiliuit reliquerat, emit talæto custoditq; etiamnum in-
ter reconditas ac charissimas opes habet, ostentatq; nō
secus ac Tegeatæ Apri calydonij tergus, & Thebani of-
sa Geryonis, & Memphisæ Isis capillum. At ille tanti
boni possessor, ipsum se quoq; stultitia & turpitate su-
perauit. Videnq; pessime res tuæ habeant, & quod
Caluarie fuisse opus sit? Ego uero etiam Dionysii quon-
dam scripsisse tragœdiam accipio, sed qua nihil fuerit
unquam minus elegans aut magis ridiculum: quas cum
dedisset legendas Philoxeno, nec ille adulari posset, sed
salibus incesseret scriptorem, se penumero in lapidici-
nas coniectus est. Cum autem Dionysius contemni sese,
& uulgo fabulam esse comperisset, nulli operæ ac im-
pense pepercit, ut Aeschyli pugillaribus quibus sua poe-
mata describere fuerat solitus potiretur, quibus acqui-
sitis, iam se plenum ex Aeschyli ceris numine, & pla-
ne attonitum putabat. Et tamen in his ipsis longe absur-
diora scribebat, quale est doricum illud:

ἔπειτα ἡ δὲ ὑποπόσιος γυνή. Et iterum: οἷμαί γοῦ Hic diligē-
 τὰ καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ ἀνὴρ ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν, nam hoc quoq; inde ter conside-
 sumptum est. Et hoc, αὐτοῖς γοῦν ἡ ἀνὴρ ὑποπόσιος δι- ra quantā
 αὐτοῖς βροτῶν. Hoc tamen postremum non parū puritatem
 rectius in te quadret q̄ Dionysium, & propterea ceras sermōis ex
 inaurare debebas. Nam quæ obsecro quid consequendū igit à scri-
 spes est q̄ libros uoluis, reuoluis, colligis, quod non de- ptore Luc.
 cet rescas, croco pigis, & polis cedro, amicis pellibus, q̄ cur ista
 bullulas insigis, sic agis tanquam fructum inde perce- reprehē-
 pturus, & factus es scilicet uelhemētē ex hoc mercatu dat potiss.
 melior, q̄ppe q̄ sic loqueris, ac potius qui piscibus magis ultimū uer
 es mutus: uiam autem qualem uiuas, dictū sœdum est: siculū uix
 hoc certe aiunt, tuam illam obscenitatem extreme o- græce do-
 disse uniuersos: quod si librorum hæc esset culpa, fugiē tiffis. aliq̄s
 dum ab eis erat q̄ maxime procul. Duo aut̄ cū sint opinor, ui-
 quæ à ueteribus scriptoribus petas, dicendū uirtutem, derit.
 & honeste uiuendi rationes, dum quæ bona sunt imita-
 ris, quæ mala deuitas: quando neutrum spectatus es, qd
 aliud comparasse dicemus te q̄ ludum muribus et tinc-
 is habitaculum, ac seruīs, si negligentiores in codici-
 bus curandis forte fuerint, uerbera. Sed quod sum Argumen-
 nunc dicturus, haud scio an tibi summam ignominiam tū inscitie
 afferat, si quis forte fortuna te conspiciat, sicut ser̄ e cer-
 ni amas, habentem in manu librum, roget, autor quis
 sit, orator, historicus, poetas Ac tu ex inscriptione do-
 ctus, apte dicas quæsitum: postea, ita ut sit dum sermo
 familiaris progreditur sepe longius, ille laudet aliquid
 aut accuset scriptorum: tu uero nō habeas quod respon-
 deas.

C V deas.

ἡγεῖα
Μητα.

Interroga
tio.

ἀποφρα
σις

deas, nōne optes tum ut tibi tellus debiscat, qui in tui
perniciē uelut Bellerophontes codicē attuleris. De-
metrius Cynicus cum Corinthi cōspexisset ineruditum
quendā pulcherꝝ librū legentē, opinor in Bacchis Eu-
ripidis locum, ubi nuntius Penthei factum & factū Aga-
ues exponit, arreptum codicē lacerauit. Satius est, in-
quiens, semel à me q̃ à te toties dilaniari penthea. Sci-
re aut peruelim, q̃ ego nulla quantūuis diligenti animi
cogitatione assequi possum, cuius rei gratia tanto stu-
dio in hoc foro sis uersatus. Nam fructus aut usus cau-
sa nemo putare queat, q̃ te uel mediocriter nouit. Non
certe magis quā si caluus pectinem emas, aut specu-
lum cecus, aut tibi cinē cōducat surdus, scortumue spu-
do, uel nauem q̃ nullum mare propinquum habet, aut
gubernator aratrum. Sed fortassis hac re tuas opes
iactas, dum palām facis etiā in res tibi nihil utiles, ex
immensis diuitijs esse quod insumas. At enim, quantum
ego q̃ & ipse Syrus sum, exploratum habeo, nisi te lo-
cupletis istius hominis testamento, dolo fraudeq̃ ma-
la subingessisses, iamdiu uenum libris datis, fame tibi
fuisset percundum. At fieri pōt, ut nunc deinceps
ideo libros undiq̃ accumules, quo fidem facias assenta-
toribus tuis, quos audis quotidie prædicantē te nō mo-
do bellum & amabilem rhetorem, sed sapientē quoq̃
& historicum, q̃ secundum non inueniat. Fertur quo-
q̃ orōnes quasdā te in conuiuijs ex more recitare, ac
illas terrestrium ranarum instar, sitibundas exclama-
re, nec potare nisi prius clamore differatur. Nam ne-
scio

scio quo pacto non est difficile naso te suspendere, qui
oia credis, sicut illud nuper te uni cuius regi assimilē,
quemadmodū Pseudalexander quondā ac Pseudophi-
lippus, & superioribus annis Pseudonero, & q alij hoc
modo mentiti sunt. Nec mirum est hominem insul-
sum te ac stolidum sic affici, & lectica uehi, aut illum
regis incessum, uultum, habitum deniq; totum studere
imitari, gaudereq; siq; te huic cōferat. Quid hoc mirū
inquam, quando etiā Pyrrhus Epirota alioq; uir clarissi-
mus, dicitur ita ab assentatoribus fuisse corruptus, ut
se Alexandro illi similem arbitraretur? quanquam isto-
rum sacrilegorum opus palām erat oībus. Nā Pyrrhi
quoq; imagines iam circūferebantur, tamen ille in hoc
emerat expressam Alexandri figurā. Hastenus equi-
dem cōtumelia affeci Pyrrhum quod tecū comparauī, & φάρις
uerū quod super pulchre inter nos cōuenit. Nam Pyr-
rhos postquā ita esse in animū induxerat, nemo erat
oīm q diuorsum uel sentire uel loq uellet, donec uetula
quedā eius Larissae hospita, id quod res erat, plocuta,
uesaniā hoīs repressit. Ille enim cū Philippi, Perdiccae,
Alexandri, Cassandri, aliorumq; regum Macedonum
imagines ptulisset rogauit, cui nā ex istis simillimus ui-
deretur, oīno p certo habens fore ut Alexandro puiun-
tiaret. At illa diu contata, tandem Batrachioni inquit,
erat enim quidā in urbe cocus Batrachio nomine, Pyr-
rho perquam similis: tu quoq; quē ex histrionicis cynce-
dū referas, tacere malo, sed qd uniuerſi dicāt, ingēti te
corruptū insanīa, q illā imaginē tibi conuenire putes,
hoc

Genas
nos.

hoc uero sat scio. Itaq; nihil est noui, si tam nullius artis
pictor cum sis, uiris eruditiss. æquari te postulas, ijs si-
de habens qui hoc nomine te laudibus efferrunt. Quor-
sum uero has nugas, cum causa sit in pmpu istius tui
librorū coaceruandorum studij, tamen si qui meus ē stu-
por nunc demū animaduerti. Nam quod opinare, pru-
denter hoc inuenisti, ideoq; in magnā spem erectus es,
regem intelligentē uirum & in primis amantē docto-
rum, postq̃ didicisti q̃ des operam libros plurimos ha-
bere, in nulla planē re tibi defuturum. Verū heus
mollicule, an tu putas tantum manā agoræ oculis re-
gis offusum, ut cū hæc audiat, non etiam habeat com-
peritū qualis tuæ diurnæ uitæ ratio, quæ conuiuia, cu-
iusmodi noctes, quales, et quibus cū consuetudinē agas:
an nescis multos regibus esse & oculos & aures: &
quæ tu facis adeo latent neminē, ut & surdis & cecis
sint cognita? Atq; utinā loquentē possemus audire, ac
lauantē daretur cōtueri, quanq̃ quia aliter putas, non
attinet te in publico uestibus exutis cerni, nec enim ser-
uitui tacebūt, quæ noctu indigna relatu facinora edis.
Responde igitur mihi hoc quoq; si Bassus ille noster so-
phista, aut Battalus tibicen, aut iste Sybarita cynædus
Hemitheon, qui nobis præclaras illas leges cōdidit, quæ
admodū omni spurciei genere surere oporteat, si istorū
inquā unus aliq; leonina pelle circūdatus, clauā manu
tenēs proleambulet. Quid? Herculē ne existimas qui-
bus obuiā factus sit habituros, nō equidē opinor, ut ma-
xime oīs forte cæcuiāt, sexcēta enim sunt quæ repu-
gnant

gnant, incessus, obtutus, uox, obliqua ceruix, uariius su-
cus, unguenta quibus uos soletis excolere, et omnino si-
cut in puerbio est: Citius septem elephas sub alis abs-
conderis quam unum cynceam. Iam cum leonina pellis hunc non
occulat, tum speras libello cunctus posse latere? Sed fie-
ri nequit quin te prodant alia illa uestri indicia. In sum-
ma ignorare te uideo, quod bona et splendida fama non
ab illis librorum institutoribus, sed a seipso et quotidiane
uite modo petere conueniat. An nero confidis aduocatos
ac testes probitatis futuros tibi Atticum et Callinum libra-
rios? caue putes, sed senos homines prodituros te, si dissi-
nant ac ad extremam paupertatem redacturos. Quae nunc
tandem modestiore ac magis cogitante par erat istorum
codicum uni cuiquam ex eruditis copia facere, simulque ex
ista nuper extructa domo migrare, ijs etiam apud quos
manicipia prostant, reddere partem saltem multorum debi-
torum. Etenim his duobus precipua collocasti opera, ut
libros possideres raros, et adulescentes ualidos et ro-
bustos. Proinde considera, quod sit res aurea consilium. Nam
meo quidem iudicio rectius fuerit, si missa feceris ea quae
non magnopere ad te pertinet, ac illum alterum morbum cura-
ris. Et pro istis ministris (sic tamen ut ne perpetua empti-
one res domestica deficiat) adhibueris ingenuos aliquos,
quibus ne integrum quidem sit (quando nihil accipiunt) profer-
re omnia, quae uos inter comensandum designatis. Qua-
lia nuper pufiotius obsceniss. de te mane domo egres-
sus narrabat, etiam signa ostendens sceleris. Ego uero te-
stes facio, quotquot tum aderant, quod indigne tulerim, et
uix

Ironia.

Interrogatio distribu-
ta.

max manus cōtinuerim, iratus tui causa, maxime cum
unū atq; alterū adduceret cōfirmaturos quæ dixerat,
qui et ipsi eadē multo sermone declamabāt. In hos er-
go usus et econde argentū, bone uir, ut domi tuto ista p-
petrare possis. Nam quis nūc deinceps ab istis qbus te
assuescisti retrahat? nō facile cessat canis coriū rodere
ubi coepit. At illud alterū, ne in posterū libros cōmer-
ceris facile obtinebimus. Doctus es, sapiens es: quicquid
uspiā antiquitatis extat, hoc tibi mō non in summis la-
bris natat, omne orōnis artificium, uirtutē, uirtia, dictio-
nū atticarum usum, ac planē scitus es, et in oī scientia-
rum genere primus, ob librorū aceruon. Nam quid ue-
tat etiā me tibi ciconiā pinsere, quādo decipi te iuuat?
Ego uero per quē uelim fieri abs te certior, cū tot tibi li-
bri sint, quibus potiss. te occupes, Platonis, Antisthenis,
Antilochoi, Hipponactis? aut spretis his magis rhetores
in manibus habes, Aeschini orōnem aduersus Timar-
chum? An uero iam ante hæc oīa tibi sunt clara, nec ē
cur legas? At in Aristophane et Eupolide totus es? Scin
Baptas? percurristi totā fabulā. Num alicubi tetigit te
poeta, nūcubi puduit te agniti flagitij? Hic at iterum
miramur, quali anīo, qualibus manibus libros uerses?
Quando? nū interdiu, quod nemo unquā facere te uidit?
At noctur? An cū istis alijs es intētus? aut ante uestra ex-
ercitia, quæ nisi cū caligine terra est obducta, aggredi
nō ausis? Missos uero sic libros ac tuā rem potius cu-
ra, quā hūc quoq; indignū est, debuerasq; Euripidis
Phadrā saltē uereri, quæ mulieribus succenset ac ingit:
Nū

Nullas tenebras expauescūt cōscias, Neue aditū uocē
latebræ edāt, timēt. Qd si oīno decreuisti tuo morbo
blandiri, age abi mercare libros, domi conclude, fruerē
partorū bonorū glia hac scilicet cōrētos: caue uero tā-
gas aut lecturus aliqd aperiās: ne sit in ore tibi ueterū
aliqua orō aut poema nihil male de te meritorū. Non
sum nescius hæc frustra à me disputari, & nugas esse
meras, iuxta adagionē: Aethiopē lauare. Nā tu nō ces-
sabis libros coemere, cū ab eruditiss. qbusq; rideberis, q-
bus nō hoc agitur ut libri niteāt & magnifici sint, sed
ut utiles uerbis & sentētijs uerborū. An uero speras
istā opione tuā insitiā posse occulere, & codicū multi-
tudine pmouere uulgus? Nescis at q. imperitiss. medici
idē faciūt, q. eburneis uirgulis & uasculis qbus sangui-
nē eliciūt argenteis, scalpelli: q; auro insignibus super-
biunt: cū uero horū iā usus ē, ne in manus qdē recte ca-
pere sciūt. Alius at q. spiam in mediū plato phlebotomo
rubigine quidē ambesum, sed bene acutū, a grū morbo
leuat. Sed ut tuarū rerū magis iocosam faciā cōpara-
tionē, ad hos mihi tonsores aspice, & inuenies eos q. ar-
tífices optimi sint, nouaculū tantū ac forpicē & medio suo more
ere speculū habere. Sed ignari artis, etiā si infinita spe-
cula et forpices pponāt, nō tamē latere oēs q. nihil cal scito dicto,
leāt tōsorie. Acciditq; hoc risu digniss. q. pleriq; apud sicut uere
uicinos tondēt, corā ipsorū speculis comūt. Et tu alij q. oēs sermo-
dem cui usus esset, cōmodare librū certe posses, ipse uti nū suorum
nō potes, tācti nulli cōmodasti unq; facisq; hoc tantū particulas
quod canis in præsēpi, q. cū hordeo non uescatur, equū solet
tamen uolentē pasci haud sinit. FINIS.



Venerabilis viri A. B. 118